



Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark Brandenburg

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1858

DXCI. Der Minoriten-General Franciscus de Angelis giebt dem Provinzial Heinrich Marquard auf, den Schwestern der dritten Regel zu Göttingen und zu Stendal eine gleichmäßig zu beobachtende Form der ...

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54890](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-54890)

DXCI. Der Minoriten-General Franciscus de Angelis giebt dem Provinzial Heinrich Marquard auf, den Schwestern der dritten Regel zu Göttingen und zu Stendal eine gleichmäßig zu beobachtende Form der Einkleidung zc. vorzuschreiben, am 23. Mai 1523.

In Christo sibi carissimo Venerando patri, fratri Henrico Marquardi, ordinis diui Francisci regularis obseruantie prouincie Saxonie sancte crucis Ministro prouinciali, frater Franciscus de Angelis, totius ordinis Generalis minister et seruus, salutem et pacem in domino sempiternam. Ex quo in prouincia Saxonie moniales et sorores aliorum ordinum habent aliquem modum deuotum coram secularibus in earum induitione, dicendo aliquos psalmos Antifonas de sancta Agnete vel Agata pro deuotione earum et populi, Supplicanti mihi sorores tertie regule incluse auctoritate apostolica etiam speciali maxime in Göttingen et in Stendalia prouincie tibi credite, que et diuinum peragunt officium apertis januis et publice, secundum romane curie modum, sicut cetera moniales. Ego vero considerans earum consolationem et populi inde securam multiplicem deuotionem, Tibi in virtute sancte obedientie precipio, quatenus modum et formam eis conscribas, quam uniformiter tenere debeant iste domine domus et si que alie in futurum taliter se eis conjungere voluerint in induitione Et similiter qualem in professione et relatione, Cui etiam a te facto modo et ordinationi qualiter et cum quibus cantibus et psalmodiis et aliis ad hoc requisitis veliantur et tempore professionis schapulentur et velentur juxta apostolica indulta nemo in posterum, nisi Generalis Minister siue generalis Commissarius, possit in oppositum ordinare, ut uniformitas obseruetur et non quilibet secundum suum caput in talibus procedere habeat. Petunt etiam prefatarum domorum sorores paternam benedictionem et quod possint de retroactis temporibus primo mense post dictam publicationem de omnibus casibus referuatis et generaliter absolui et dispensari, quod concedimus per presentes benigne. Orate ergo pro me Tu et sorores prefate et valete omnes in domino. Datum anno domini M. D. XXIII. tempore capituli nostri generalis Burgentis profesto penthecostes celebrati, officii mei sub sigillo.

Ego frater henricus Marquardi Minister immeritus prouincie Saxonice sancte crucis hac manu mea propria et sigillo officii mei recognosco etc.

Nach dem Originale in dem archivalischen Nachlasse des St. Annenklosters in Stendal.

DXCII. Das Capittel der Nicolaskirche verkauft seinem Dechanten Matheus Moring eine Rente, am 6. Juli 1523.

Wy Henningus Clotzen, senior, Johannes falke, Scholasticus vnde Capittel sanct Nicolai kerken to Stendal, Halberstad gestift, Bekennen —, dat wy — up einen rechten wedderkopp vorkostt hebben — dem werdigen vndd hochgelerden Matheo moring, doctor, itzundt deken der genanten sanct Nicolai kerken, synen Testamentarien vndd hebben dusses briues myt sinem guden willenn teyn Rinsche gulden Jerliger tinsze vndd Renthe, Twevnddruttich merkesche grossenn vor einen gulden to reken, In vndd vth vnser capittels redesten gudern vnd hebben ohm